Fragmentarium



filiorum eius. sanctum sanctorum de oblationi
bus domini. Omnis oblatio que offertur
domino. absque fermento fiet. nec quicquam
fermenti ac mellis adolebitur in sacrificio
domini. Primicias tantum eorum offeretis et
munera. super altare vero non imponentur in odo
rem suavitatis. Quicquid obtuleris sacri
ficii. sale condies. nec auferes sal federis dei
tui de sacrificio tuo. In omni oblatione
offeres sal. Si autem obtuleris munus pri
miciarum frugum tuarum domino. de spicis
adhuc virentibus torrebis eas igni. et confrin
ges eas in morem farris. et sic offeres pri
micias tuas domino. fundens super eas o
leum. et thus imponens. quia oblatio domini
est. de qua adolebit sacerdos in memoriam
muneris partem farris fracti. et olei. ac to
tum thus. III
Quod si hostia pacificorum fuerit eius ob
latio. et de bobus voluerit offerre ma
rem sive feminam. inmaculatam offe
ret coram domino. Ponetque manum super
capud victime sue. que immolabitur in
introitu tabernaculi ~~testimonii~~. fundentque
filii aaron sacerdotis sanguinem per circu
itum altaris. et offerent de hostia pacifico
rum in oblationem domino. adipem qui
operit vitalia. et quicquid pinguedinis in
trinsecus est. duos renes cum adipe quo te
guntur ylia. et reticulum iecoris cum re
nunculis. adolebuntque ea super altare in ho
locaustum. lignis igne subposito. in obla
tionem suavissimi odoris domino. Si ve
ro de ovibus fuerit eius oblatio et pacificorum
hostia. sive masculum sive feminam ob
tulerit. inmaculata erit. Si agnum obtu
lerit coram domino. ponet manum super
capud victime sue. que immolabitur in
vestibulo tabernaculi testimonii. fundentque
filii aaron sanguinem eius per circuitum al
taris. et offerent de pacificorum hostia sacri
ficium domino. adipem et caudam totam
cum renibus. et pinguedinem que operit ven
trem. atque universa vitalia. et utrumque re
nunculum cum adipe qui est iuxta ylia.
Reticulumque iecoris cum renunculis. et
adolebit ea sacerdos super altare. in pabulum
ignis et oblationis domino. Si capra fuerit
eius oblatio. et obtulerit eam domino. ponet
que manum suam super capud eius. immo
labitque eam in introitu tabernaculi testimo
nii. et fundent filii aaron sanguinem eius
per circuitum altaris. Tollentque ex ea in pastum
ignis dominici. adipem qui operit ventrem.
et qui tegit universa vitalia. duos renun
culos cum reticulo quod est super eos iuxta ylia.
et arvinam iecoris cum renunculis. ado
lebitque ea sacerdos super altare in alimoni
am ignis et suavissimi odoris. ~~domino~~. Omnis adeps
domini erit iure perpetuo in generationibus et
cunctis habitaculis vestris. nec adipem nec san
guinem omnino comedetis. ~~Adipes quibus
pectus advolvitur. et pinnicule iecoris of
ferentur domino super altare.~~ IIII
Locutusque est dominus ad moysen dicens.
Loquere filiis israhel. Anima cum pecca
verit per ignorantiam ~~de hostia~~ et de universis man
datis domini que precepit ut non fierent. quip
piam fecerit. si sacerdos qui est unctus pecca
verit. delinquere faciens populum ~~suum~~ offeret
pro peccato suo vitulum inmaculatum domino.
Et adducet illum ad hostium tabernaculi
testimonii coram domino. ponetque manum
super capud eius. et immolabit eum domino.

License: cc-by-nc – Wien, Österreichische Nationalbibliothek, Cod. Ser. n. 3349, 00000009 – Biblia
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-0axi/146/2449)